Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35447
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Plinius. Vultur venatur a meri
die usque ad noctem et a tempore ortus
solis usque ad meridiem cessat. Quan
do senescit. elongatur rostrum eius
superius. ita quod recurvitate tan
git. labrum inferius sicque fit ut a
perire rostrum non valens. fame
et inopia moriatur. Non enim ro
strum allidit. petre sicut aquila.
nec excutere scit incommodum et
ideo moritur. Dicunt quidam.
vulturem mortuum. deglutire ce
rebrum. suum ad dimidium. scilicet
ne usibus humanis proficiat. quod contra
paralisim valere dicitur. Si viderit
pullos suos ocius impinguari. illos
rostro et pedibus vulnerat. ut sic
eos efficiat. macilentos. Cum ho
dio pugnat. et impetum ruit. si cum
nervosus agilis sit. cum impetu ru
ens cedit. cuiusque gravida se reti
nere non valens. seipsam occidit.
Vultur quia indifferenter se ad omne
cadaver. inclinat. pericula et laque
os non vitat. Vultures quibusdam
signis. ut dicit ambrosius mortem
hominum annunciare videntur. Cum
enim bellum inter se adverse acie
hominum. instaurant. multo ag
mine eos sequuntur. signantes quod
hominum multitudo casura sit in
bello. preda futura vulturis.

De abides.

Abides animal
marinum est. ut dicit aristoteles.
quod primo est aquosum. et nutri
mentum. eius est. magis salsa. De
inde huius animalis. forma muta
tur. et fiet altera. et tunc exiens a
quam. nutritur in terra. nunc etiam
nomen eius mutatur et vocatur
astens. et magis mirum est. ut cum ip
sa corporis forma mutatur. tunc et ipsa
morum natura mutatur.

De achune.

Achune monstrum
est maris. ut dicit aristoteles.
Hoc animal omnibus marinis be
luis. gulosius est. vivit preda et
quicquid comedit. vertitur ei in
grassitudinem corporis. sui. Cum
fame affligitur. carnes proprias de
vorat. magis eligens in parte ab
sumi. quam preda facta beluis in
toto consumi. Illud animal caret sto
macho. et ideo quando comederit
multum inflatur venter eius et
cum amplius venter extendi non
potest. eicit pisces per os et sic defecat.
quia os eius ventri est contiguum.
ita quod collo caret. sicut et cetera
animalia maris. nullum enim pi
scium habet collum. Achune ut dicit
aristoteles. involvunt se admodum e
ricij. timens venatores. et cum se
senserit. non laxari periculum carnem
propriam fame pressam devorat.
magis eligens in parte absumi. quam
per beluam alteram omnino consumi.

De Bachora.

Bachora ut
dicit aristoteles. animal mari
num est. et comedit parvos pisces
orificium huius animalis est. os for
cius omnium animalis. ore cunctis quia
a si accepit lapidem more suo
frangit eum.

De Cocodrillo.

Cocodrillus animal est quadru
pes. quod in terra et in mari
equaliter viget. et dicunt iacobus et
solinus. et plinius. Per diem in ter
ra frequencius requiescit. et sic
adeo immobilis. ut non consuetum.